



Crisis Theologica

In Qva Selectiores, Et Aciores hujus, et elapsi sæculi controversiæ,
subsecuturâ in Elencho legendæ discutiuntur

Crisis Theologica - In Qva Selectiores, Et Aciores hujus, et elapsi sæculi
controversiæ, subsecuturâ in Elencho legendæ discutiuntur

Casnedi, Carlo Antonio

Ulyssipone, M.DCCXI

[Procœmium.]

[urn:nbn:de:hbz:466:1-84777](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-84777)



TRACTATUS SECUNDUS DE PROBABILITATE IN GENERE. PROOEMIUM.

SUMMARIUM.

Vix aliquis antiquorum dubitavit de licito usu
minus tuta, minus probabilis, n. 1.
Janfenista illum negare ceperunt. Cur? ibid.
His adhaerere plures Catholici, n. 2.
Differunt a Janfenistis, tum ex fine, tum ex mo-
do, ibid.
Damnatur ab Alex. VIII. quòd non liceat pro-
babilissima, n. 3.
Quantum Adversarij inter se pugnent, n. 4.
DD. faventes licito usui, n. 5.

N. I.
I. Terill.



P. Moy.

PATER Terillus in exqui-
sito opere de *Conscientia pro-*
babili, nec non in altero, de
Regula morum, in Pr fatione
ad lectorem, versiculo, *Ante*
annum 1638. & P. Moya in
verè selectis suis *questionibus* laudabili labore
ostendunt, tanta constantia omnes Theolo-
gos in approbando usu cujusque opinionis
minus tuta, certò tamen practicè probabilis,
hactenus conspirasse, ut vix unum ex anti-
quioribus Theologis reperire sit, qui hoc in
dubium verterit. Verumtamen anno 1638.
quo Janfenius mortalitatis pensum solvit,
ejusque liber post ejus obitum luci publicæ
donatus fuit, Janfenij discipuli prævidentes,
duo inter quinque Janfenij dogmata ab Ec-
clesiâ diro anathemate profligata, nempe,
Aliqua Dei præcepta hominibus conantibus, &
Tom. I.

volentibus, sunt observata impossibilia: Nulla
ignorantia legis præsertim naturalis excusat à
peccato; hæc, inquam, bina dogmata ab Ecce-
lesiâ damnata defendi nullatenus posse, si opi-
nio verè practicè probabilis excusat à pecca-
to, nam ex vero non nisi verum, ait Dialectica,
pestimum consilij genus meditari, ut suo in
errore mordicus persisterent, tantum abfuit,
ut Janfenij dogmata negare voluerint, quin
ut eadem illata servarent, maluerunt potius
negare, quòd opinio practicè probabilis ex-
cuset à peccato, affirmantes cum suo Janse-
nio, quòd nulla ignorantia excuset à pecca-
to, adeoque præcepta Dei esse observatu im-
possibilia, ut optimè suadet Caram. in Apo-
logemate pro probabilitate contra Eagnanum n.
12. dicens, Cornelij, Janfenij Iprensis Epif-
copi discipuli, antequam Augustinus ille,
qui totus contra Augustinum est, imprime-
retur, conati sunt novæ hæresi aperire viam,
hoc Pseudolemmate: In materia fidei, & mo-
rum ad conscientia securitatem probabilis opinio
non sufficit; at illis obstitere Catholici: subdit:
ut Janfenistæ nocerent cautiùs, idem Pseu-
dolemma sub virtutis speciei in Ecclesiam
propellere conati sunt, scientes certissimè in
eo quinque, immò plures alias ab Ecclesiâ
damnatas propositiones contineri. Hæc Ca-
ram. pag. mibi 7. & pag. 63. At quis non vi-
deat, consultius fuisse, ut damnarent damna-
tas non cohærentes cum veris, quàm dam-
nare

nare veras non coherentes cum damnatis. Hinc Caram. & P. Teril. quibus ineptia esset in his præcipue fidem negare, cum inter Jansenistas diu vixerint, eorumque doctrinas apprime noverint, censent opinionem negatam licitum usum opinionis practice probabilis, à Jansenij feretro vitam hausisse.

N.2. Sed quidquid sit de Progenitoribus opinionis negantis licitum usum opinionum practice probabilium, hoc mihi certum, quod hodie hæc ipsa sententia numerat aliquos pro se Patronos, Religione Catholicos, & doctrinam celebres; nam ex Societate stat P. Comitulus, P. Andreas Blanco, (assumpto nomine Candidi Philaleti,) P. Elizal. (sarcato anagrammate Celladei) Ex sacro Prædicatorum Ordine Julius Mercorus, Vincen-
 P. Comit. P. Blan. P. Eliz. M. Mer. M. Bar. M. Go- net. Jac. a S. Dom. M. Mar- tin. Meren- da, Fagnan. P. Mu- nief.

tius Baronus, Gonetus, Jacobus à S. Dominico, & ex parte, Joan. Mart. de Prado. Ex jurisconsultis Antonius Merenda, & Profperus Fagnanus. His noviter accesserunt P. Thyrsus Gonzalez supremus Societ. Præpositus, P. Munificia, & Franciscus Palanco ex Ordine Minorum S. Francisci de Paula. Licet autem omnes isti Catholici cum Jansenistis conveniant in negando licito usu opinionis minus tutæ, & minus probabilis, (ut sæpe evenit alijs Catholicis cum alijs Hereticis in sexcentis alijs materijs ab Ecclesiâ approbatis, aut non damnatis; non enim omne quod Hæreticus dicit, hæreticum est) attamen iidem Catholici, siue sint Tutoriæ, siue Probabilioritæ, differunt à Jansenistis, tum ex modo, tum ex fine, quo ad negandum opinionis certò practice probabilis usum moventur. Differunt, inquam, tum per hoc, quod Jansenistæ volunt, solam evidentiam veritatis, & honestatis, nullam autem probabilitatem, etsi summam, excusare à peccato, quod omnes Catholici, uno excepto Celladei, meritò negant; & quidem ab Alexandro VIII. damnata est hæc opinio, *Non licet sequi opinionem, vel inter probabiles probabilissimam: tum per hoc, quod scopus jansenistarum est defendere duo Jansenij dogmata ab Ecclesiâ damnata, quæ, nisi negetur licitus opinionis practice probabilis usus, sta-*

N.3. Cellad. Alex. VII. Jansen.

re non possunt: Catholicorum autem finis est, ut Ecclesiæ Filij, tutius sequendo, tutius salvetur: Adde citatos Doctores differre etiam inter se, ut fute ostendam; interim legi potest P. Card. tom. 3. d. 56. cap. 15. à n. 733. licet enim unanimi consensu negent licitum usum cuiusvis opinionis minus tutæ, & minus probabilis practice, discrepant tamen, quod aliqui volunt sequendam semper ex præcepto tutiorem, etsi minus probabilem; alij volunt tunc tantum sequendam tutiorem, quando est æque probabilis, & multo magis, si sit probabilior opposita. Immo plerique, ut etiam ostendam, non tantum inter se discrepant, sed quilibet à se discrepat.

Pro sententiâ affirmante licitum usum N. 5. opinionis minus tutæ, & minus probabilis, dummodo sit certò practice probabilis, stant ferè omnes alij Theologi, quorum, supra centum, loca adducit P. Teril. *quest. 22. de Conf. probab. qui ait n. 18.* Præter hos, innumerabiles adhuc multitudo superest eorum, qui in expressis terminis benignæ sententiæ subscribunt, immò audacter dico, neminem, qui multum de re morali tractavit, inveniri, qui eam veram esse non supponat. Idem præstat P. Moya tom. 1. & 2. immò P. Alphonsus Sarafà extendit illos ad 187. quibus ego addo P. Card. in *quatuor tomis*, P. Haunol- dum in *Controversijs selectis*, P. Arsdekin tom. 2. *Theol. tripartita*, Herinx, Mastrui, Bordunum, P. de la Fuente Hurtado in *Theol. reformatâ*, Eliam à S. Cassiano in suis *decisionibus Theologico-legalibus*, & in *Theol. Mor.* Filgu. in *Lucernâ*, & in *Censurâ*, Diez de Prado in *Theatro Morali*, Hoze, Torrec. Corella in *Expositione damnatarum*; & ideo S. Antoninus 1. p. *Summe tit. 3. cap. 16. §. 10. regula 7.* dixit, inter duram, & benignam circa præcepta sententiam, benigna potius, cæteris paribus, interpretatio faciendâ. Hæc S. Antoninus, sequens sacri Predicatorum Ordinis Constitutiones, quibus cavetur, nè rigidas opiniones consulant: *Nimiam enim asseritate in consilijs, & opinionibus, ita homines terrentur, ut salutem propriam negligant.* V. Pa- trem Moyam tom. 2. *quest. 3. n. 13.*